

Schramm:

copulatur
juris procl.
in communis
cum eo, qui
imperialis in
judicio conser-
vatur.

1758.



Abt. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.



DE
COPULANDO JU-
RIS PROCESSU COM-
MUNIS CUM EO, QUI IM-
PERIALIS IN JUDICIO CA-
MERÆ VIGET,

402

DISSERIT,

ET PRÆLECTIONES IN
UTRUMQUE HABENDAS

INDICAT

No 1765e

GABRIEL CONRAD. FRIDERIC. SCHRAMMIUS,
J. U. D. ADVOCATUS IN SUPREMO APPELLA-
TIONUM TRIBUNALI ELECTORATUS BRUNSVIGO-
LYNEBURGICI IMMATRICULATUS, INCLYTO MAGI-
STRATUI, ET LIBERÆ AC IMPERIALI CIVITATI
WEZLARIENSI A CONSILIIS, ET SYNDICUS
PRIMARIUS.



WEZLARIÆ,

TYPIS GEORGII ERNESTI WINCKLERI.

ANNO MDCCLVIII.

Pla 20
Non 6

Handwritten marginal note on the left edge of the page.



DE

COPYLANDO JU
RIS PROCESU COM
MUNIS CUM FO, QUM IM
PERIATIS IN IUDICIO CA
MIRAE VIGIL

DISSERTATIONE

ET PRAEFATIONES IN
UTRUMQUE



GABRIEL CONRAD SCHRAADT
I. E. D. ADVOCATUS IN SUPREMO APPELLATIONIS
TRIBUNALI THEODORICI BRUNSVIGIENSIS
ET NUBURGICI BRITANNICAE, SVEVICAE
STATU, ET LIBERA IMPERIALI CIVITATE
WETTERIS A COELEN, RECTORIS
PRIMARII

WETTERIS A COELEN

W E S T H A L L E

THEO GEORGI ERNESTI WINCKELMANN

ANNO MDCCCLVIII





Communi patefactum esse in Ordinatione Camerali, cui Concepti nomen inditur, toties locum juri, quoties formam modumve procedendi ipsa non sancivit, tituli principium in fine positi, & ritulus vigesimus quintus, §. XVII, ac trigesimus quartus, §. XIV, Partis secundæ, testificantur.

Largimur tibi quidem, JOANNE GEORGI DE KULPIS, vel, si mavis, CONRADE SINCERE, qui pererudita; & antiquitatis amorem præ se ferente *Dissertatione epistolica veterum germanicarum legum, ac romani juris in re publica nostra originem auctoritatemque persecutus es*, jus commune nonnumquam leges germanorum atque consuetudines denotare.

Verum enim vero caveat prudens harum rerum æstimator, hancce vim ac potestatem eidem semper subjiciendam esse, ne opinionis sibi fingat errore. Quem argumentorum a SAMUELE STRYCKIO in *Discursu præliminari ad Usus pandectarum modernum §. XXIV. & sequentibus*, gravitas refellit prolatorum, historiarum infirmant monumenta, nata & alta juris-
 pru-

prudentiæ romanæ in germania ratio propulsat, tot decisæ confutant causæ, observantia repellit, atque mos diuturnus.

Pietas in patriam, illiusque leges ac consuetudines veritati igitur cedat necesse est. Eadem commoti & impulsu canonicum jus in societatem communis non possumus non, quin adscribamus. Verborum involucri ne clara res obtegatur, indicamus, juris vocabulum, legum coagmentationem, communisque appellationem processus, leges juris Justiniani & Canonici, formam & modum procedendi in judiciis præscribentes, ac earum aptam, scientiæque naturæ respondentem, significare complexionem. Hanc enim eruditionis postulare indolem, & necessitatem efflagitare, neminem fugit, qui confecta & conflata utriusque corpora juris collustrat, membra eorum contracta, ortum, situm, usumve respicit, & boni ratiocinatoris fungi officio potest.

Des, quæso, processus doctrinam communis litteris consignatam, & leges, eundem stabilientes, in jure civili & canonico dispersas, congruere inter se, vel, si recusas & repugnans, instes, urgeasve, hanc convenientiam ita primas hujusce doctrinæ ferre partes, nullæ fere ut sint secundæ.

Jam in summam contrahe animi cogitata. Processus scientia communis ex legibus, in juris romani & canonici diffusa volumina absque ordine collectis, justum *συσημα* exstruit, in suos loculos easdem disponendo. Adfert principia, elicit conclusiones, hasque continua serie ita adstringit, ut nexus cum principiis in aprico sit, & legum verbis, argumentis, vel rationibus confirmat. Nullam mihi tecum litem fore, ut credam, adducor. Aut si diem dicis: male te habere, & stomachari, reor, principiorum, conclusionum, nexuseque fieri mentionem, quas voces te reformidare, video. Sejunctum vero est a re proposita, causam a summis ingeniis felicissime defensam, hic agere. Deme nubem supercilio, & exporrigite frontem. Redibo tecum in gratiam. Delectari te opinione, quæ animum tuum pervasit, ac permulcet, facile patior. Nihil inde capit mea sententia detrimenti. Tribui enim mihi, concedique sentio,

tio , leges processui modum statuentes & formam , ab aliis legibus discerni ac separari posse. Nihil ergo impedit , quo minus communem cum Camerali processum restrictum ac irritum teneri , appareat. Eundem quasi consensum & concentum juris communis cum imperialis processu iudicii aulici , legibus deficientibus , esse , Ordinationis supremi hujusce iudicii titulus primus , §. XV, titulusque quintus , §. IIX, & observantia , ac facies jurisprudentiæ in imperio nostro romano-germanico declarant quam maxime. Cameralem processum ideo nominandum duximus , quoniam in eo studium nostrum jam fixum est collocatumque.

In Ordinatione Camerali cautum esse , ex communi processu ut subsidium petatur , compertum exploratumque habemus. Quo pacto vero expers illius atque ignarus hocce subsidio poterit uti , eo magis necessario , quo insignior obvencium est copia specierum , secundum juris normam processus communis ventilandarum decidendarumque ?

Sint , inquis , ista veriora. Sed , si subsidium tantum juris processus communis impertitur atque subministrat , quid ad copulam , quam tu tantopere prædicas ? Utrum hæc forsitan eo valet , ut perpetua Cameralis cum juris communis processu fiat comparatio , & ad ea animum maxime advertamus , in quibus ille ab hoc dissidet , cui consuetudini inserviisse CORNELIUM TACITUM , *mores germanorum* exponentem , nitidissimus Göttingensium antecessor , GEBAUERUS , de interiori jurisprudentia , & Cornelio nostro immortaliter meritus , in Commentatione , Dissertationi inaugurali ejusdem Georgiæ Augustæ decoris , AYRERI , *de jure connubiorum* , præmissa , uti solet , hoc est , elegantissime observavit. Nihil quidem hac indagatione & cogitatione erit gratius , magisque frugiferum. Sed tamen , & quam institutam processus conjunctionem , & rem ipsam , quam planissime efferam.

Quæ vel lucem scientiæ , cui nos dicavimus , affundunt desideratissimam , vel illius præbent fundamenta cognoscendæ , ea inter se ita colligata esse contendimus , nihil ut possit esse copula

pulatus. Jam, velim, procedendi rationem, quam imperialis Camera tueretur ac custodit, tibi proponas: historiae juris scriptores evolvas: processum communem animo complectare: & quid tibi tandem videatur, eloquere. Sive enim ii mentuæ oberferentur, quorum industria conscriptæ sunt ordinationes processus tam communis, quam Cameralis: principiis juris communis fuerunt innutriti; sive leges spectes, ex quibus modus in ordinatione Camerali latus originem trahit: si non fere omnes, quam plurimæ tamen ex jure communi promanatae se tibi offerent; sive denique vocabula ad aperiendos animi sensus adhibita, & in processu Camerali obvia, penfes: expressa vides juris communis vestigia, imaginemque adumbratam. Quid? quod ordinationem Cameralem æque minus, ac ullum in eandem commentantem Doctorem absque juris communis & processus doctrina, cameralis jurisprudentiæ incensus cupiditate, intelligere possit, nisi ea se perspicere opinetur, quorum captat sonum verborum? Nonne personant aures querelæ nullitatum? Aut hæc est nullitas, si, ubi legibus scriptis & consuetudinibus non regitur judicantium religio, juris processus regulæ communis prostratæ, atque abjectæ jacent, aut nulla. Homine harum imperito vero quid ineptius, quid injustius?

Tam male igitur agitur cum patria nostra, ut suis non vivat legibus, sed alienis, & peregrinis? Ingemiscas, non enim prohibeo. Sed cui bono querimoniæ, quibus mederi non possumus? Animus mihi jam non est, quæ in utramvis partem afferri poterant, excutere. Quodsi vero ex romani processu juris, eum te enim inprimis ægre ferre, suspicor, tantum capis doloris, paucis sic habe. Quæ indivulso nexu cum reipublicæ forma romanæ coherent, in iis applicandis tantam, me monere, adhibendam esse cautionem, quanta in patria sita est sanctitas. Quæ vero ita non sunt comparata, & sana ex ratione prono alveo fluunt, ac, ad quodnam remedium & processus speciem, posito statu civili, contractibus & aliis negotiis humanis, confugere debeamus, ut jus consequamur, ostendunt, maximi pretii, optimeque nobiscum actum esse, puto, quod iisdem uti frui possimus. Sunt in his omnium fere gentium

tium consensione approbata & recepta. Non incongrue enim cum LEIBNITIO processum, disputandi regularum e Logices scientia arreptarum, quibus leges civiles modum & formam dederunt, complexum appellaveris. Disputandi regulæ vero, quatenus ratio illas demonstrat, orbis terræ regionibus definiuntur. Sunt in Justiniano jure processus præcepta, quæ in plerisque aliorum judiciis populorum locum occupant, quamvis ratio sola ea sibi non vindicet. Germanorum vero normæ procedendi in judiciis, juris romani & canonici processus, de eo enim, ne erres, mihi tantum est sermo, summam ita concedit, ut cum ea de principatu & usu ceter.

Testis est, si quisquam, idoneus, ERICUS MAURICIUS, cameræ & communis gloria jurisprudentiæ nobilitatus, in *Præfatione ad Consilia Chilonensia* verba faciens:

„*Fontes processus omnis ex civili, præcipue autem canonico jure repetuntur: quæ causa est quare, si non pleraque, saltem multa communia habent judicia omnia Europæa, & olim longe facilius praxis addisci potuerit, cum non viverent in imperio Romano homines, nisi legibus Justinianensibus, quibus omnis processus explicandi ratio, juxta cum eo, quod circa negotia humana jussum esse vellet Imperator, continebatur.* Testis ipse tuus & noster DE KULPIS, de patriæ legibus egregie ac præclare sentiens, in *celebrata Dissertatione*, quæ est inter ejus *Dissertationes* a SCHILTERO editas, *decima*. Verba ipsa, etsi longiuscula, adponam.

„*Ne in cerebro meo natum videatur discrimen hoc, legum publicarum auctoritate confirmabo, & quidem ex superioribus in memoriam revocandum est, aliam legem esse posse, quæ in meritis causæ dijudicandis valeat, aliud jus, quod judicandi formam instruat; in re publica nostra id observari, ordinatio Cameræ dubitare nos non sinit, quæ alias, & in officio præsertim Præsidis ac Assessorum describendo, distincte refert ac requirit, daß selbige aus dem Reich teutscher Nation gebobren, derselben Herkommen löblicher Gebræuch und guter Gewohnheit nicht allein wol kundig und erfabren, sondern*
 „*auch*

„auch verständig, die richtige Proceß zu dirigiren, sive, ut sequen-
 „tia explicant, erfahren, und in der Practic geübte Personen seyn
 „sollen; illud præstant leges Germanicæ olim & hodie latæ,
 „in hoc eximium locum jus Romanum obtinet; illæ priori re-
 „spectu jus commune sunt, hoc vero posteriori ratione idem no-
 „men habere potest debetque, quatenus non tantum in Germania
 „nostra, Praxi, (liceat nunc mihi vulgariter ea voce uti, quam
 „alias si accurate loquamur, plura involvere, ac nudam pro-
 „cessus cognitionem, satis constat,) generali, hoc est, processui
 „in judiciis solenni, regulam facit, cum in Dicasteriis Provin-
 „cialibus ille constitutionibus singularibus & consuetudinibus
 „magis obnoxius sit, sed & in praxi Universaliori cæterorum
 „quoque populorum, in pluribus partibus veluti fons existat,
 „unde multa communia in judiciis Europæis deprehenduntur;
 „sicut egregie iterum in hanc rem disserit Ericus Mauricius.

Testis denique est, de quo nulla unquam obmutescet ve-
 rustas, LUDOLFIUS, in Præfatione ad Commentationem Sy-
 stematicam de Jure Camerali, hujus juris appetentes adhor-
 tans, ut *faciliorem aliquem Auctorem de processu juris communis*
sibi antea reddant familiarem. Quare, quam arcto vinculo,
 & quasi cognatione quadam processus juris communis & Came-
 ralis inter se continentur: tantopere elaborandum, ut pares
 simus in utriusque facultate.

Nonne vero, sciscitaris, uno eodemque & docendi & dis-
 cendi labore hæc perfici, omnibusque numeris potest absolvi?
 Viderur quidem, non abnuo, & bonitate ingenii, acrique stu-
 dio adipiscuntur quidam, quod a regulis methodi alienum est,
 ac vehementer abhorret. Has vero eam ob causam esse negli-
 gendas, quis temere affirmaverit? Non in omnes eadem cadit
 ingenii excellentia. Quosdam cogitandi, sejungendi impli-
 cata, & distinguendi solertia adeo deterret, ut reditus non sit
 sperandus. Angusti temporis limites, quod plerique Juri dare
 solent Camerali, ejusdemque addiscendo processui, non ca-
 piunt tantam rerum segetem, ac materiam.

Deinde communis & Cameralis colligatio processus in lis-
 dem horis non exigua parit incommoda. Obruitur enim &
 obrun-

obtunditur animus nimia rerum abundantia , quæ veræ æque pestifera est proficiendi rationi, ac stomacho intempestiva convivia sunt perniciofa. *Habet*, rectissime præcipiente GEORGIO BERNHARDO BILFINGERO *in sermone de præcipuis quibusdam discendi regulis, ex comparatione corporis & animi erutis, & lectu jucundo, & fructuoso, „nutrimenti modum animus æque ac „corpus nostrum. Si plus justo ingeras: nihil inde mens proficiet. „Transibit id nimium, non accrescet, quin obruet, & extrudet, „que sola certius hæssent.*

Denique eadem confusio facile oboritur, ac infunditur, quam in plerisque Saxonis processibus Doctoribus deprehendes, qui loco communis vel eum, qui in Saxonia obrinet, obrudunt, vel ambos ita conglutinant, ut quid inter communem & Saxonicum intersit, non clare & distincte satis animadvertas. E re juridica, non dissiteor, foret, si, uti Commentationis Systematicæ de Jure Camerali LUDOLFIANÆ editor, scientia, & rerum usu illustris, optat, „processus Cameralis doctrina cum processus communis theorematibus scite & apte conjungeretur. Caremus, quod sciam, conciliatione utriusque processus & confociatione, hujusce nominis honorem sustinente, ac partes tuente. Fingas vero, illam in lucem vel jam editam esse, vel editum iri publicam, ut legat eandem, perpendat, rumiaerur processus studiosus, sed justo tempore, & cum mora, equidem auctor fuerim. Consilium tamen cogitationum ut abjiciendum, & secundum hujusce filum conjunctionis una eademque opera communis & Cameralis principia processus eruenda, existimem, a me impetrare non possum. Improvida festinatio, nimia celeritas, & velocitas, derestabilis pestis doctrinæ exstinguenda atque delenda, & saltus in discendo, mutilam, mancam, stabilitatisque denudaram præsidiiis, & fundamentis ac succo orbatam cognitionem, cruda & immatura studia in res privatas, publicasve, ac imperialem Cameram protrudunt, dedecorantia sanctissimam ejusdem auctoritatem, & magistrorum.

Est enim supremum hocce in germania Judicium, *non publica solum, imperiali voce, CAROLI V, loquor, pacis vinculum*

B

lum

lum & firmamentum, quod VIGELIUS iustissimis concelebravit laudibus, & *asylum ac refugium oppressorum*, *ornamentum atque lumen patriæ splendidissimum*, *justitiæ officinam incomparabilem*, *consistorium atque collegium*, quo in toto christiano, immo terrarum orbe, *nobilius nullum*, verissime vocavit, sed fecundissima etiam hominum doctrinæ gloria excellentissimorum procreatrix, nutrixque dulcissima, jurisprudentiæ solidioris domicilium, portus ac perfugium. Quot & quantos viros jam protulit & profert hocce seminarium omnium multo optatissimum, qui reconditos doctrinæ fructus spargunt ac difseminant in memoriam & utilitatem germaniæ sempiternam quam cumulatissime! Horum imaginem, quæso, intueamur, ac, si imitatione forsân assequi non possimus tantam præstantiam, voluntate tamen quam proxime accedamus.

Eorum vero, qui ad imperialis sedem atque aram Cameræ, & quasi in sinum Juris Cameralis se conferunt, diversum esse genus, persentisco.

Quibusdam jam inest Cameralis peritia juris, imperiî Romano - Germanici faciem cognitam, ejusdemque leges, quin & processus regulas juris communis, & Cameralis perfectas habent, usumve adjunxerunt. Exemplorum lucem tantum desiderant splendidiorem, ex ipsisque rerum argumentis, ac colloquiis, ut major fiat discendi progressio, quo hisce veluti gradibus fastigium Jurisprudentiæ conscendant, sibi est curæ cordique. Quicquid hujusce est descriptionis, ad hos non pertinet. Cum communis salutis, & Jurisprudentiæ, tum ipsorum causâ, sicut facimus, velle & optare debemus, ut Deus bene vertat, quod agant.

Alii juris principia communis & publici in Academiis hauserunt, missò omni processus studio. Nonnulli commentantem in eundem audiverunt Doctorem, sed, ut lenitas verbi acerbiteriam rei mitiget, in labore paulo remissiores, parumque fuerunt patientes, nec satis impressam tenent præceptorum notionem. Sunt etiam, quod ulcus tamen perinvitus tango, qui Juris civilis, Canonici & publici adferunt notitiam plane perfuncto-

functoriam, inermes ad ea, quæ moliri aggrediuntur, ex sententia LUDOLFII, quo nihil magis sollicitum, magisque exercitum cum in jure dicundo; tum in nævis Jurisprudentiæ Cameralis emendandis fuit, in præfatione laudatissima, *ad fundamenta prius addiscenda remittendi.*

Verum enim vero, carum, & antiqua fide ac gravitate præditum caput, nonne concefferis, hancce remissionem, quæ est blanda temporum & morum indulgentia, non parum difficultatis esse habituram? Uti abitio & profectio illorum voluntatem habuit non satis deliberatam: ita remanſionem, desiderii & sollicitudinis plenam, honesta purgat atque commendat necessitas. Palmam igitur damus medicinæ ex loci depromptæ opportunitate. Habent, unde discant. Adſunt duces oprimi, Doctores exercitatissimi paratissimique, ad gloriam incitamenta, adſunt oblectamenta, & condimenta. Hæc cura igitur animos eorum exſuſcitet, ne sibi deſuiſſe videantur, sed ut, quantum irrevocabilis curſus temporis detraxit profectibus, tantum incrementi improbæ adferat pertinacia industriæ.

Contemplantibus nobis finem, ad quem ſpectat cura, cogitatio, opera, quæ in Jurisprudentia Camerali ponitur, repente occurrit, tantam illius eſſe differentiam, quanta eſt ingeniorum & fortunæ diſſimilitudo, quamvis non negaverim, & res ipſa indicet, diverſos fines interdum conjugari poſſe, atque obtineri.

Quidam ſolius eruditionis cupiditate invitati videntur. Nonnulli vel docendo vel ſcribendo & gloriam & præmia conſequi enituntur. Sunt nonnunquam, qui, ut exquisita rerum Cameralium ſcientia aditum ſibi parent, & quaſi fores aperiant ad dignitatem in ſupremo imperialiſ Cameræ judicio tam honorificam, quam quæ poſteſt eſſe honorificentiffima, advigilent, omnique labore contendant. Plurimi ducuntur ſpe, vel cauſas ad ſupremum hocce imperii judicium pertinentes ſibi commiſſum iri orandas, maturandasve, vel eaſdem in aulis principum, & ubi occaſio fert, conſilio dirigendas. Impliciti etiam quidam tenentur litibus, quarum velificatio ut

Comma

B 2

rite

rite instituat, ad diligentiorē juris Cameralis, modique procedendi culturam trahuntur, rapiuntur.

Quantum firmamenti ac roboris hisce omnibus in processu juris communis positum sit cognitione, ex supra constitutis non recondita quadam ratione cernitur, sed ita patet, & in promptu est, ut res ipsa claris argumentis signisque luceat.

In medii illius generis utilitatem, cujus mentio injecta est, cum, quibus instructi adminiculis Jurisprudentiæ Cameralis avidi adventent, referremus, in primis tamen, quæ expromissimus, nec ingenio perfecta, nec industria perpolita, dicta sunt. In Academiis jam tincti juris processus communis regulis, easdem penitus perspicendas, & animo imbibendas, doctrinamque amplificandam esse, statuunt. Quæ causarum fata in supremo imperialis Cameræ judicio postulant, litteris mandare, vel consilium & rationem litium in eodem suscipiendarum defendendarumve suppeditare, studentes, nisi sint muniti, circumsepti ac circumvallati communis præsidiiis processus, propugnacula, ac nervos scientiæ, quam profitentur & magni faciunt, sibi deesse, secum reputent, atque, re diu pensitata, voluent. Ut præteream, plerumque & in aliis justitiæ causis, quæ in summis imperii tribunalibus non in disceptationem vocantur, illorum studium deposci atque expeti, quos juris Cameralis peritia valere, fama percerebit.

Quam ab ineunte adolescentia in Lyceo Hannoverano, & Gymnasio Osnabrugensi ingressus, inque florentissima Academia Georgia Augusta, &, quando post discessum meum occasio tulit, persecutus sum viam, in optimarum, quibus ad humanitatem imbuimur, studiis institutisque artium, philosophia, & juris scientia percepta, ut cum aliis vivæ ope vocis communicanda censerem, eandem in hujusce loci celebritate & exsplendescente versans luce premendam, quæque meditatio, lectio, ususve docuerunt, cupidis harum rerum, pro ingenii & doctrinæ modulo, fortunante DEO, tradenda, in animum induxi.

Commu-

Communis & Cameralis processum juris statis horis & diebus , de quibus facili negotio futura est conventio , ita enucleandum curabo , regulis ut constet veritas , exercitationique addit perpetuitas. Qua quam vehementer opus sit , si rationum omnibus ponderibus vis graviorum , ex scientiarum , intelligentiæque natura repetitarum , non confirmaret , vel sola animi & corporis comparatio , qua omni posteritatis commemoratione longe dignissimus BILFINGERUS usus est quam felicissime , luculenter ostendit.

Fac , inquit , vir acutus , ad pervidendas rerum causas armatus & ornatus , „ equitandi artem discere gessienti princi-
 „ pia omnia exponi , enarrari species gressuum omnes , frenorum
 „ & ephippiorum genera , & utilitates , situm corporis optimum ,
 „ anathomiam , si placet , equorum : fac , omnia insigi memoriæ ,
 „ ut discipulus in numerato præcepta habeat. Pro exemplis fac
 „ magistrum ea singula ipsum ostendere , conscendere equos , &
 „ nihil non artis facto demonstrare suo. Attendat omnibus tyro ,
 „ & nivetur , & approbet , & in commentarios , si placet , sin-
 „ gula referat , additis de suo iconibus , rem planissime omnem
 „ exprimentibus. Sed equum discipulus non conscendat. Atque
 „ nunc statue , quid futurum putes. Disseret de arte equitandi
 „ ad stuporem audientium : potest fieri , ut magistrum sermoni-
 „ bus superet : potest & ipse discipulos regulis instituire optimis :
 „ poterit censor esse aliorum : poterit aliis magister dari. Sed ubi
 „ equum conscenderit , novitium videbis , & inferiorem aurigis.
 „ Habes imaginem eorum , qui ab doctrinis exercitationem , &
 „ a præceptis usum separant.

Docendi utar ratione perspicua , intellectus viribus , rebusque ipsis attemperata , purissimos nunquam non fontes commonstrante , & ad agitationem , investigationem , secretamque rerum æstimationem excitante atque admonente. In consilium advocabo scientiam , cujus Servium Sulpicium fuisse amantiorem , non omnis solum parens latinitatis , oratorumque facile princeps Romanorum , sed & philosophiæ , ac omnium liberalium artium peritissimus , CICERO , in Bruto c. XXXXI. perhibet , quaque five arripias præcepta firma &

stabilia, sive eadem instilles aliis, interiori perspicientiæ veri ac solertiæ nihil accommodatius, & utilitatis ubertate est fructuosius.

Sic, en verba ipsa! ponderanda ab iis, quos ignorantia & pigritia in contemnenda accuratiori ratiocinandi scientia differtos facit, „Brute, existimo, juris civilis magnum usum & apud Scævolum, & apud multos fuisse, artem in hoc uno, „SERVIO Sulpicio, quod nunquam effecisset ipsius juris scientia, „nisi eam præterea didicisset artem, quæ docet rem universam „tribuere in partes, latentem explanare definiendo, obscuram „explicare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera & falsa iudicarentur, & quæ, quibus positis essent, quæque non essent consequentia.

Instituto examine, utrum recte accepta sint exposita, pernosci, simulque facultatem coram eadem explicandi, augeri, ac perfici, & disputando ingenium intendi, iudicium acui, ardoremque discendi inflammari, qui inficias iverit, arbitror fore neminem.

Quamobrem si ita visum fuerit honoratissimis Dominis Auditoribus, nobilissimum hocce eruditionis adjumentum, doctissimo cuique commendatissimum, e manibus non dimitemus. Sæpe numero in optatis habui, conflictus ut hic in adfluentia & confessu eruditissimorum & lectissimorum hominum publice habeantur, persuasus, si disceptationis actus ad circumstantias loci, disputantium, ac finem, ad quem omnia referenda sunt, revocaretur, insigne, ex iisdem in Jurisprudentiam, eidemque deditos, redundarum esse emolumentum.

Dignus est, qui alio tempore ~~paulo~~ curatius excutiat locus, ut ii, quorum merita in tantum collaudanda sunt, in quantum solidior eruditio, prudentia rerum diuturno comprobata usi, gravissima cum auctoritate, & summa conjuncta humanitate intelligi possunt, pro suo in Jurisprudentiam amore plane

plane singulari, consilio providere, dignentur, hæcce pulcherrima, & fertilitate præstantissima fundi litterarii pars ne deserta jaceat & inculta, sed paulo diligentius excolatur.

Qui ad repetitionem doctrinæ de Actionibus, & hujusce vel illius Juris disciplinæ sunt propensiores, vel ad Academias animum adjuncturi cum in philosophiæ studiis, tum legitimæ elementis scientiæ præparari voluerint, iisdem operam meam, quantum per laboriosissimam vitæ meæ rationem licuerit, & nihil a me prætermisum iri, quod a communis commodi studiosissimo proficisci potest, spondeo, in meque recipio.

Benigno lætoque vultu conatus meos suscipiatis, foveatis, tute mini, Vos, litterarum ornamenta, juris fidera, ac firmissima præsidia, pacisque decora, quæ in supremo Imperialis Camerae judicio, quo nihil est augustius, fulgetis, atque vivi immortalitati Vestræ interestis, & posteritatem præcipitis nunquam intermorituram, venerabundus obtestor, Vosque in spem patriæ natos Viros juvenes genere, doctrina, ingenio ac morum eminentes probitate & elegantia, quos amplissimi & uberrimi jurisprudentiæ fructus allegerunt, sibi que devinxerunt, eosdem æqui bonique consulatis, ea, qua par est, comitate ac observantia, vehementer etiam atque etiam rogo. Dedi Wezlaræ tertio nonarum Aprilis

C 10 10 CCXXXXXIIIX.



No 1765c

VD 18

ULB Halle 3
005 724 961






Schrammius de qual. lan. p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

CO
RIS
MUN
PER

ET
UT

GABRIEL
J. U. D.
TIONUM
LYNEBU
STRATU
WE

TYPIS



Farbkarte #13

B.I.G.

DO JU-
U COM-
QUI IM-
CIO CA-
T,

402

ONES IN
ENDAS

No 1765e

SCHRAMMIUS,
EMO APPELLA-
S BRUNSVIGO-
INCLYTO MAGI-
ALI CIVITATI
SYNDICUS



WINCKLERI.

*flu v
non b*

